Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quoniam uir caput est mulieris sic
et cristus caput est ecclie. ipe est
saluator corpis eius. Et sicut ec
lesia subiecta est cristo ita et mulie
res uiris suis in omnibus. Viri di
lligite uxores uxores uestras sicut
et cristus dilexit ecclesiam et semet
ipm tradidit pro ea. ut illam sanc
tificaret mundans eam lauacro
aque in uerbo uite. ut exhibeat ipe
sibi gloriosam ecclesiam non habentem
maculam aut rugam aut aliquid
huiusmodi. sed ut sit sancta et immaculata.
ita et uiri debent diligere uxores
suas ut corpora sua. Qui uxorem
suam diligit se ipm diligit. Nemo nun
quam odio habuit carnem suam. sed
nutrit et fouet eam. sicut et cristus
ecclesiam. quia membra sumus corpis
eius. de carne eius et de ossibus eius
Propter hoc relinquet homo patrem
et matrem et adherebit uxori suae
et erunt duo in carne una. Sacra
mentum hoc magnum est. Ego au
dico in cristo. et ecclesia. Verumtamen
et uos singuli unusquisque uxorem
suam sicut se ipm diligat. Vxor autem
timeat uirum suum.

VI

Filii obedite parentibus uris
in domino. Hoc enim iustum
est. Honora patrem tuum
et matrem tuam. quod est mandatum
primum in promissione. ut bene
sit tibi et sis longeuus super terram
Et uos patres. nolite ad iracundiam
prouocare filios uestros sed e
ducate illos in disciplina et in corre
ptione domini. Serui obedite
dominis carnalibus cum omni timo
re et tremore in simplicitate cordis
uestri sicut cristo. non ad oculum ser
uientes. quasi hominibus placentes
sed ut serui cristi facientes uoluntatem
dei. ex animo cum bona uoluntate
seruientes sicut domino et non ho
minibus. scientes quoniam unusquisque
quicumque fecerit bonum. hoc recipiet a
domino. siue seruus siue liber. et uos
dominii eadem facite illis remittentes
minas. scientes quia et illorum
et uestrum dominus est in celis et personarum
acceptio non est apud eum. De cetero
fratres confortamini in domino et in potentia
uirtutis eius. Induite uos armatura
dei. ut possitis stare aduersus
insidias diaboli. quoniam non est nobis
colluctatio aduersus carnem et san
guinem. sed aduersus principes et po
testates. aduersus hi mundi rectores
tenebrarum harum contra spiritalia
nequitie in celestibus. Propterea sum
pite armaturam dei. ut possitis resis
tere in die malo et in omnibus perfecti
stare. State ergo succincti lumbos
uestros in ueritate et induti loricam
iustitie et calcati pedes uestros in p
paratione euangelii pacis. In omnibus
sumentes scutum fidei in quo possitis
omnia tela nequissimi ignea extin
guere et galeam salutis assumite et
gladium spiritus quod est uerbum
dei. per omnem orationem et obsecratio
nem orantes omni tempore in spiritu
et in ipo uigilantes in omni instantia